



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Crimina misti fori

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

## CREDITOR.

**Creditor** i Creditor cum certis circumstan-  
ciis, potest sibi in conscientia  
compensationem facere. Vide verb.  
fando. Compensare, n. 2.

**In recipien-  
do solutio-  
nem.** 2 Creditor posterior, cui debitor  
inverso ordine solveret, omisso nimi-  
rum creditore anteriori, non venetur  
restituere. Ita probabiliter Molina de  
iussit tom. 2. tractat. 2. disput. 536. Quamuis  
Faber in 4 dist. 15. quæst. 1. disp. 50 c. 7. num.  
222. etiam præbabiliter contrarium do-  
ceat part. 3. tractat. 5. resolut. 10. 5. Notan-  
dum est etiam. & p. 11. n. 3. ref. 13. nam V-  
erum creditor antiquus, cæteris paribus:  
sit præferendus posteriori, res utrimque  
probabilis & in conscientia tuta est. ne-  
gant Lessius, Molina, Vasquez, Lay-  
man, affirmant Valentia, Salonijs To-  
letus alijque. Nec pauperi necessario  
est præferendus pauperior, nisi sit ex-  
tremæ, aut valde gravis necessitas. part.  
11. tr. 3. ref. 11.

**Et impe-  
trando cœ-  
tra debitorem,** 3 Creditor impetrans censuram  
contra debitorem, nisi infra certum  
terminum soluat, potest, ignorante iu-  
ræ debito, dice, terminū protogare. Vide verb. Ab-  
solueren. 6.

4 Si creditorum nullus est hypothe-  
carius, qui prius petat, præferendus in so-  
lutione; quia diligentia facit ipsum iure  
potiorem. VVigors Fagundez. Dicastil-  
lo. de iust. lib. 2. tr. 2. disp. 11. dub. 7. contra-  
riū tam etiam probabilitet tenet Azor.  
10. 3. lib. 4. c. 36. q. 6 & alii. p. 11. tr. 3. ref. 12.

CRIMINA  
misti fori.

**De crimi-  
ne misti fori** 1. **CRIMEN** misti fori dicitur,  
quod tam ad Ecclesiasticum,  
in uno foro, quam ad laicum forum pertinet, & in e-  
stis non potest ius cognitione darur locus prævencio-  
sterum puri. 2. Falsum tamen est, quod cum Cene-  
nir in a- de quest. 36. n. 2. 5. docent multi Iurista,  
lie.

accusatū, & insufficienter punitū in uno  
foro cognosci possit in alio foro pro ex-  
cessu, & residuo pœna. Nam est contra  
cap. vlt. de except. in 6. & regulam cap. de  
his, & l. Senatus, ff. de accus. vbi decertatur,  
accusatū in foro delicti non posse  
de eodem delicto accusari iterum in fo-  
ro domicilii, quāvis diversa sit pœna. Ita  
Freytas in Addit. ad tract. de Confess. solli-  
quist. 3. num 8. & aliipart. tract. 2. resolu-  
tione 108. & pars. 4. tractat. 1. resolutio-  
ne 61.

2. Iudex Ecclesiasticus in delictis Et Eccle-  
siasti fori procedere potest contra lai-  
ficii, cum non solum censuris, sed etiam pœ-  
nitentialibus carceris, &c. abique punire pœ-  
auxilio brachii sacerdotis. Et quidem nisi impo-  
tunt ad carcerem Ecclesiasticum, non râbus.  
ad laicalem deferri debet. Ita contra  
Bobabillam, tom. 1. lib. 2. cap. 17. num. 167.  
primum Azor, part. 2. lib. 3. c. 53. qu. 3. Se-  
cundum Seguram part. 1. c. 13. n. 44. part.  
1. tr. 2. ref. 89.

3 Delicta misti fori sunt in primis Sunt verò  
ea, quæ cōmigrat Clericus carens aliquo misti fori  
ex requisitis Tridentini, de quibus verb. delicta Cle-  
Clericus quoddorum. Ita ex Sacra Con- ricorum de  
gregatione Bonacina, de leg. disp. 10. qu. 2. ficiuntur  
punct. 1. 6. 4. n. 19. part. 3. tr. 1. ref. 48. 5. No in requisi-  
tandum est. tis Trident.

4 Deinde misti fori est sacrilegium, tini.  
& de illo cognoscere potest Ecclesiasti- Sacrile-  
cus. Ita Barbola, in Collect. tom. 2. lib. 5 tit. gium.  
23. c. 2. num. 9. Vnde potest Ecclesiasticus  
procedere contra laicum in usorem re-  
rum Ecclesiasticarum, quando per vim  
illas occupat; & contra eos, qui in ne-  
gotiis cum Ecclesia gestis per fraudem,  
vel alia via illi prædicant. Quod et-  
iam miseri Clerici, vel eorum bona iniuriosè  
invadantur part. 1. tr. 2 ref. 81.

5 Delictum sacerularis sacerolare fa- Delictum  
ctum in Ecclesia evadit misti fori, ut cōmissum  
sacrilegium. Ita Farinac. append. de im- in Ecclesia.  
mun part. 3 num. 7. contra Ripol. de iu-  
ris omn. iud. cap. 1. num. 170. part. 4. tract. 1.  
ref. 67.

6 Coabitatum, Valboa in c. cum Et concu-  
sit generale, de foro compet. num. 18. & alii binatus.  
tenent esse misti fori, quia prohibe-  
tur in utroque iure. Sed Abbas ibid.  
tenet,

tenet, pertinere ad solum Ecclesiasticum: quia, ut docet Clarus, lib. 4. § forniciatio, num 6 prohibetur solum a iure Canonico, & Iudices laici illum non puniunt. part. 5. tractat. 1. resolut. 10. Sed quidquid sit de hoc certum est, Iudicem Ecclesiasticum posse concubinatum punire: nec ad hibet teneri trinam monitionem, ut vult Pereyra, tom. 1. cap. 34. num. 11. nisi procedere velit per celsus iuxta formam Tridentini, off. 24. cap. 8. nam de reliquo procedere potest alius viis. & penitentia, pecunia, exilio, carcere, & aliis sive in iure Canonico sive in statutis synodalibus inflictis, absque monitione. Ita Rubeus verb. Concupinarius num. 4. afferens, sic declarasse Sacram Congregationem Concilii. Ex quibus patet, ministros Ecclesiasticos posse meretricum domos invadere. part. 1. tract. 2. resol. 86.

D A T V M,  
Et promissum.

Bulla Boni VIII. CVM Bonifacius VIII. in consti-  
tutione edita anno 1295. quæ  
dicitur, excommunicamus, excommuni-  
cationis sententiam tulisset in dantes  
aliquid, vel recipientes, sive promitte-  
tes eum sub verbis generalibus, & non  
planè expressis, & promissionem recipi-  
entes etiam in parvæ pro obtinenda  
iustitia, aut gratia, sive pro se sive pro alio, à sede Apostolica: Vel quis sciret alii  
quem esse in tali culpa, & intra triduum  
non notificaret, à qua excommunicatione  
nemo posset absoluere absq; spe-  
ciali mādato Papæ, aut mortis articulo,  
& huic si tātum pauperibus daret, quā-  
rum receperisset, aut dedisset: Et expedi-  
tiones sic obtentas declarasset nullas,  
ad eum, ut, qui scienter litteris illis vtere-  
tur, in eamdem cēsuram incideret. Gre-  
gorius decimus tertius easdem iuris  
abhorrens sua extravagant. edita anno  
1574 quæ incipit. Ab ipso §. 2. Constitu-  
tionem prædictam confirmat, & exten-  
dit ad prædictorum consiliarios, fauto-

Item Bulla  
Gregor.  
XIII.

Summa Diana.

res, & auxiliatores: & § 3. privat ipso  
iure omnes prædictos quocumque be-  
neficio, & officio Ecclesiastico, & sacer-  
tali, reddit infames, & inhabiles, ad illa,  
& ad alia beneficia, & officia, & § 4. cō-  
cedit impunitatem socios, complicos,  
& fautores, manifestantibus.

2 In aliquibus tamen casibus, ex mē. In quibus  
te aliquorum Doctorum, possunt dantes casibus nō  
munera in Curia Romana excusari ab incurran-  
tia pœnatum dictæ Bullæ; Pri- tur pœna  
mō quando quis aliquid donat non pro Bullæ,  
gratia & iustitia obtainenda, sed oblibie-  
ralitatem, & gratitudinem. Secundū Si detur  
quando quis dat ratione laboris, & hoc ob libera-  
procedit, etiam si detur maius stipendi-  
litasem, &  
um, quam sit debitum, modo id non re- gratitudi-  
feratur ad obtainendam gratiam, vel lu- nem ratio-  
nem, etiam si detur ante collatam ne laboris  
gratiam, vel iustitiam. Tertiū, qui dant, Ratione  
vel accipiunt, ad compensandum damnum cō-  
num, quod resultat intercedenti, modo cō-  
fandi, excessus non sit notabilis. Ita novissi-  
mè Dicatus de iustitia. & Iure libro se-  
cundum tradidit. 1. disput. 5. dub. 7. à num. 208.  
usque ad 260. Quarto Io. Antonius Novarius in summ. Bulla part. 2. tit. de Sa- tur, sine  
& promiss pro iustitia. & c. nu. 7. docet, villo pacto  
huius Bullæ pœnas non habere locum, si preceden-  
tatur aliquid simpliciter nullo pacto  
præcedente, & ad effectum specificè ob-  
tinendi aliquam gratiam, vel iustitiam.  
part. 7. tradit. 4 ref. 1.

3 Quamvis autem in prædicta Bulla Deobliga-  
prohibeant omnes promissiones, et  
iam sub verbis generalibus, & non om-  
nia expressis, ita vt Azor. part. 3. lib. 12.  
cum ver-  
bis genera-  
tione, Molina, & alii afferant incurri  
libus op-  
pœnas, si promissio talis sit, vt moueat  
ad iustitiam, vel gratiam conferendam,  
sive fiat per pacta, vel promissiones oc-  
cultas, vel manifestas, verbis generali-  
bus, vel expressis conceptas, tamen Bo- Bonacina.  
nacina. tom. 3. disput. 3 part. 31.  
num 10. distinguit, & ait: Vel verba so-  
lum proferuntur urbanitatis gratia, abs-  
que animo illius obligationis sibi im-  
ponendæ, vel proferuntur animo re ipsa  
promittendi, seu se obligandi. Si profe-  
runtur solum urbanitatis gratia, censeo  
proferentem non incurrire pœnas à

Kk

p. 22-